an diis ammorreorū in quorū terra ha
bitatis. Ego autē ⁊ domus mea serui e-
mus dño. Rñditq; populus ⁊ ait: Ab-
sit a nobis vt relinquamus dñm ⁊ ser-
uiamus diis alienis. Dñs deus noster
ipse eduxit nos ⁊ patres nostros de terra
egypti ⁊ de domo seruitutis: fecitq; vi
dentibꝫ nobis signa ingentia. ⁊ custodi
uit nos ī omni via ꝑ quā ambulauim⁹
⁊ in cunctis populis ꝑ quos trāsiuim⁹.
⁊ eiecit vniuersas gentes ammorreum
habitatorē terre quaꝫ nos intrauimus.
Seruiem⁹ igitᷣ dño. quia ipse ē de⁹ no-
ster. Dixitq; iosue ad populū. Nō pote-
ritis seruire dño: deus enī sanct⁹ ⁊ fortis
emulator ē: nec ignoscet sceleribꝫ vestris
atq; peccatis. Si dimiseritis dñm ⁊ ſ-
uieritis diis alienis. conuertet se ⁊ affli-
get vos atq; subuertet: postq; vobis ꝑ-
stiterit bona. Dixitq; popul⁹ ad iosue.
Nequaq; ita vt loqueris erit: sed dño ſ-
uiemus. Et iosue ad populū: testes in-
quit vos estis: q2 ipsi elegeritis vobis
dñm vt seruiatis ei. Respōderūtq;: Te
stes. Nūc ergo ait auferte deos alienos
de medio vestri. ⁊ inclinate corda vestra
ad dñm deū israel. Dixitq; populus ad
iosue: Dño deo nostro seruiem⁹. ⁊ obe-
diētes erim⁹ ꝑceptis ei⁹. Percussit ergo io
sue in die illo fedus. ⁊ ꝓposuit populo ꝑ
cepta atq; iudicia ī sychē. Scripsit quo
q; oīa verba hec ī volumīe legis dñi. et
tulit lapidē pergrandē. posuitq; eū sub-
ter quercū que erat in sanctuario dñi. ⁊
dixit ad omnē populū. En lapis iste e-
rit vobis in testimonium ꝙ audieritis
oīa verba dñi que locutus est vobis: ne
forte postea negare velitis ⁊ mētiri do-
mino deo vestro. Dimisitq; populū sin
gulos in possessionē suam. Et post hec
mortuus ē iosue filius nun seruus dñi
centū decē annorū: sepelierūtq; eum in
finibꝫ possessionis sue in thānathsare:
que sita est in monte effraim. a septētrio
nali parte montis gaas. Seruiuitq; is-
rael domino cunctis diebꝫ iosue ⁊ seni-
orū qui lōgo vixerāt tēpore post iosue. ⁊
qui nouerāt oīa opera domini que fece-
rat in israel. Ossa quoq; ioseph que tu-
lerant filii israel de egypto sepelierunt ī
sychez in ꝑte agri quē emerat iacob a fi-
liis emmor patris sychē centū nouellis
ouibus ⁊ fuit in possessionē filiorꝫ io-
seph. Eleazar quoq; filius aaron mor-
tuus ē. ⁊ sepelierunt eū in gabaath phi-
nees filii eius: que data est ei in monte
effraim.

Explicit liber iosue Incipit liber so-
pthim quem nos Judicū appellamus.
Capitulum. I.

Post mortē
iosue. cōsuluerunt fi-
lii israel dñm dicētes
Quis ascendet ante
nos contra chanane-
uꝫ ⁊ erit dux belli? Dixitq; [illegible] dñs: Judas
ascendet. Ecce tradidi terram in manu
eius. Et ait iudas symeoni fratri suo.
Ascende mecū in sortē meā. ⁊ pugna cō-
tra chananeū: vt ego pergā tecū in sortē
tuā. Et abiit cū eo symeon. Ascēditq; iu
das ⁊ tradidit dñs chananeū ac phere-
zeū in man⁹ eorū. ⁊ ꝑcusserūt in bezech
decē milia virorū. Inuenerūtq; adoni
bezech in bezeh. ⁊ pugnauerūt cōtra eū
ac percusserunt chananeum ⁊ pherezeū
Fugit autem adonibezech. quem perse
cuti comprehenderunt cesis summitati
bus manuum eius ac pedum. Dixitq;
adonibezech. Septuaginta reges am-
putatis manuum ac pedum summitati
bus colligebant sub mensa mea ciborū
reliquias. sicut feci. ita reddidit mihi de
us. Adduxeruntq; eum in hierusalez et
ibi mortuus est. Oppugnantes ergo fi-
lii iuda hierusalem. ceperunt eam. ⁊ ꝑ-
cusserunt in ore gladii tradentes cunctā

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-105/0208
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG